

Masovia et War. Dovia Nureng Capitaneo, Andrea de Guleeno Rarenj Achario
Coma Manabirgeni et Strimeni Nureng Capitaneo Joanne Dzialinsky Pomeran?
et Capitaneo Bratianen. Palatinis

Sigismundus Augustus.
Rex Poloniae

Interdictum Usurarium.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Rus-
siae Prussiae Masovia Samogitiaque Domini et haeres.

Universis et singulis Prelatis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Abbatibus, Capitaneis,
Tenentariis, Vice Capitaneis, Nobilibus Civitatum Rectoribus, Burgraviis, Proconsulibus
et Consulibus, Advocatis, Sabinis, Dignitariis et officialibus ceterisque omnibus praesentibus
et futuris requirendis Terrarum nostrarum Prussiae sinceris, devotis et fidelibus nobis
dilectis gratiam nostram regiam sinceram devotè et fideliter dilecti.

Postquam in terris nostris Prussiae contractus usurarii in immensum excreverint
et adhuc quotidie crescunt, adeo ut maxima Nobilium et Plebeiorum pars singulare
commercium inde habeat, dum coadit undique hospitalium, viduarum et pu-
pillorum pecuniis in magnis et parvis summis, pro mediocri interesse nimirum sex
septem vel octo de centum, postmodum conflatur illarum summam vicisim alijs subdi-
tis nostris extrema forte necessitate praesidis, vel etiam exteris Principibus et ho-
minibus sub gravioribus usuris, nimirum duodecim, quindecim, viginti, viginti
quatuor, triginta, triginta sex imo etiam quadraginta de centum elocant, et
sic ultra tres centesimas excurrunt, inauditum et detestandum foenus agunt, cuius
simile in nullis legitur historijs. Unde praeter iram Dei omnipotentis, quae ab eis,
modi impiis usurarijs, terris nostris Prussiae acceleratur, haec etiam mala et incom-
moda exasciunt, quod terrae nostrae dum Usurarij illi quam maximè inhiant
usuris, exteris principibus et hominibus conquisitis illarum undique pecuniarum sum-
mas foras elocant plane exinaniantur, ita ut si terris nostris, quod Deus clemens
advertat periculi et adversi quidquam immineret, non parum iste pecuniarum
defectus insatiabili huiusmodi impiorum foeneratorum avaritia caufatus, illis in-
commodare.

commodare et nocere possit, deinde quod maxima subditorum nostrorum pars, vera
et summa ipsorum necessitate id exigente, vel aliqua alia occasione urgente parti-
lar summas pro moderatis usuris quamvis sufficienter offerant cautiones multo
obtinere non possunt, sed compressi cogantur usurarijs quibus sic pecunias undi-
quaque corraserunt gravissimas et immensas usuras pro beneplacito ipsorum polli-
ceri, super iisdem sufficienter carere. Unde postea evenit ut quicquid ex labore
sudore et demerso suo debitorum comparere possint id omne nonnunquam etiam
omnem reliquam eorum substantiam usurarum illi auferant, atque sic subditi nostri
quam plurimum non raro etiam nobiliores natalibus et honorum luce conspicui, ad
extremam redigantur paupertatem, omni interim totius regionis pecunia ac-
quid paucos usurarios existente, reliquis per uicinas et strages istos im-
pius plane ex ducibus et ex sanguibus redditis. Cum vero muneri nostri Regii
sit, eimodi notorius, enormibus impijs et malis pecuniarum et donorum Dei abusi-
bus, qui non modo superius nominata pericula et incommoda terris nostris ad-
ferunt, sed et omnes terrae tam divino quam humano et bonis moribus maxime
contrarii sunt, aliorum vicinorum Ducum et Principum exemplis maturi ne-
deri super usurarium quantitate generalem sanctionem facere necessarium esse
duximus, diuinam et gravissimam earum molem, quae nunc vulgo exercetur ad me-
dianam ^{vigore praesentium edictorum omnino vel subditorum nostrorum} deducendo. Quare de Consilio consiliarios nostrorum vel etiam
exterorum hominum cuiuscumque status vel conditionis extiterit audeat in posterum
a dato huius Edicti nostri in terris et a subditis nostris ultra bidem, hoc est o-
cto de centum usurarium nomine in quocumque contractu vili vel maximo stipulati
vel etiam nemo subditorum nostrorum coarctatur undiquaque pecunias ex-
tra Regnum terras et ditiones nostras exteris principibus et hominibus elo-
care vel multo dare praesument. Et si quae summa iam elocata sunt, ubi bene
ut earum intra datum huius edicti et Epiphaniae Domini proximae futurae exigat re-
spectu. Interdicimus etiam creditoribus ne ex pecunijs generari dandis aliquid de-
trahere vel retinere spoliariam muneri vel alterius cuiuscumque causa gra-
tia ipsi liceat oesque alias machinationes, quas forte Creditores in fraudem
huius Edicti nostri excogitare possint, quocumque nomine ea appellari possint, quae
omnes hic pro expressis haberi volumus, vigore praesentium rescamus. Prohibemus
etiam Cambia retragada vulgo retorneuexel dicta quae reuera nihil ali-
ud sunt quam usurarii contractus cambij nomine colorati ad legitimas saepe-
rius expressas usuras habere ea reducentes et reformantes, usitata autem mo-
derata et aequabilia negociatorum Cambia necessitate ita exigente pro tempo-
re ferenda esse censemus. Quod si quis contra hoc edictum nostrum in a-
liquo casu fecerit atque modicum usurarium hinc expressum quocumque arte ex-
cederit illi nullam penitus de superfluo actionem habebit, sed et si acciperit
id omne quicquid tandem erit, et quocumque colore extortum sit, in sortem
impulsum

impūtare compelletur, et eo ampliū propter edicti nostri contemptum et transgressum
medietas portis et usurarum fisco nostro committet. Quam poenam ad instanciam
nobilis Simonis Braunschwick fisci nostri terrarum Prussiae praefecti mo-
derij eius successorum cuius loci iudex ordinarius eiusmodi usuratio et edic-
ti nostri temerario, nullo habito persona respectu, mediante decreto suo
infliget, exiget dictoq; fisci nostri praefecto applicabit et tradet. Ut igitur hoc
edictum nostrum sancte et inviolabiliter ab omnibus et singulis observetur,
dicto fiscali nostro vigore presentium in specie mandamus, ut quam primum
ipsi innotuerint aliquem huc edictum nostrum violasse, statim in poenam
hoc edicto expressam agat, Iudicibus etiam cuiuscumque loci terrarum nostrarum
Prussiae universis et singulis mandamus, ut sub religione iuris iurandi et
fide quibus Deo et nobis obstructi sunt, absq; illo personarum respectu ad fisco-
lis nostri propositam actionem et rei conventi responsum iuxta utriusque par-
tis allegata et probata, definiant et decident, id quod de iure vigore huius
edicti nostri decidendum venerit, appellatione ad nos non nisi a definitiva sen-
tentia concessa: ut autem nemo ignorantiam aliquam pretendere possit, ideo
universis et singulis Praeulatis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Abbatibus, Ca-
pitaneis, ^{Tenentariis, Vice Capitaneis, nobilibus,} Civitatum ^{rectoribus,} Burgois, Proconsulibus, Consulibus, Advocato,
Scabinis, ceterisque omnibus cuiuscumque loci, Dignitariis et officialibus vigore
presentium ex auctoritate et supereminencia nostra Regia, mandamus ut e-
dictum hoc nostrum ad omnium et singulorum nostrorum subditorum eius
loci cui praest, notitiam perducatur publicato eo et in locis publicis affixo.
In quorum omnium fidem sigilla regni nostri presentibus apprimij iussimus.
Datum Lillij in conventione Regni generali die 20 Mensis Julij Anno Dni
M. D. LXXIX. Regni vero nostri anno 40.